



Lumen Ecclesia Christi **A Light Among the Nations.**

The Mass in Latin ***Being the Liberal Catholic Rite in the language*** ***of the universal church***



TABLE OF LITURGICAL SYMBOLS.

	Stand erect
	Slight or medium bow
	Hands extended before shoulders
	Hands elevated, then brought together and lowered to breast
	Hands together before breast
	Right hand elevated in blessing
	Bow whilst kneeling
	<i>Kneel</i>
	<i>Both hands extended</i>
	Right hand extended
	Hand laid on a person's head (for Healing).
	Make cross over self
	Make cross over people or object.

Note. Small + in rubrics refer to the crosses in the table.



ORDO MISSAE

AD ASPERSIONEM AQVIE BENEDICTIE

Ante Missam

Sacerdos celebraturus accedit ad Altare, et ibi ad gradus genuflexus incipit Anam:

Antiphon

P. Asperges me.

Et Minister prosequitur:

C. Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

Tunc dicatur Psalmus CXXI Domitius custodit Israel.

1. Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.
2. Auxilium meum a Domino: qui fecit caelum et terram.
3. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
4. Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.
5. [Dominus custodit te: Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
6. Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.
7. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.
8. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in saeculum.]

Gloria Patri, et Filio: et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula seculorum.

Amen.

Et repetitur Ana:

Antiphon

P. Asperges me

C. Domine, hyssopo et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

Interim Celebrans primo ter aspergit Altare, deinde se, et populum, modo prescripto. Finita Ana, Sacerdos reversus ad Altare, et stan ante gradus Altaris junctis manibus, dicat:

P. Domine, labia nostra aperies.

C. Et os nostrum annuntiabit laudem tuam.

P. Quis ascendet in montem Domini?

C. Innocens manibus, et mundo corde.

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

P. Oremus.

P. Rege nos, Pater omnipotens, in omnibus qua facimus, et mittere digneris de throno cæsti tuo sanctum Angelum tuum, qui nos, populum tuum, ad te serviendum et adorandum congregatos, visitet atque protegat. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

ORDO MISSAE

PREPARATIO

Populus stat. Sacerdos signat se crucis a fronte ad pectus, fronte adpectus, et dicit:

INVOCATIO

P. In nomine Patris, et **+**Filli, et Spiritus Sancti.

C. Amen.

Deinde junctis manibus ante pectus incipit Anam:

Antiphon

Introibo ad altare Dei.

Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Postea dicatur sequens Canticum.

P. Laetatus sum in his, qua dicta sunt mihi:

C. In domum Domini ibimus.

2. Labor et exultabo in te: psallam nomini tuo, Altissime.

3. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

4. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat juventutem meam: confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus.

5. [Dominus in templo sancto suo: Dominus in caelo sedes ejus.

6. Cali enarrant gloriam Dei: et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

7. Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

8. Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.]

Gloria Patri, et Filio: et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula saeculorum.

Amen.

Antiphon

Introibo ad altare Dei.

Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Signat Se, dicens:

P. †Adjutorium nostrum in nomine Domini.

C. Qui fecit caelum et terram.

P. Deus, tu conversus vivificabis nos.

C. Et plebs tua laetabitur in te.

P. Confidite in Domino in aeternum,

C. Petra enim saeculorum est Dominus.

CONFITEOR

Omnes genuflexi faciunt Confessionem ut infra, vel lingua vulgari:

Domine, hominem creasti inexterminabilem, et ad imaginem xternitatis tuae fecisti eum: nos autem hereditatis nostrae gloriam sxpe obliviscentes, erramus a semita justitiae. Sed tu, Domine, fecisti nos ad te, et semper inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Propter amorem tuum propitiare peccatis nostris, multa sunt enim; et negligentias nostras ne memineris, ut lucis aeternae candore impleamur, et fiamus velut speculum immaculatum Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

ABSOLUTIO

Sacerdos, ascendens ad Altare, facit absolutionem, dicens:

P. Deus Pater, Deus ✠Filius, Deus Spiritus Sanctus, vos benedicat, custodiat atque sanctificet; Dominus in dementia sua respiciat supra vos et misereatur vestri; Dominus vos †absolvat ab omnibus peccatis vestris, vobisque gratiam det Spiritus Sancti et confirmationem.

C. Amen.

Sacerdos benedicit incensum, dicens:

Ab illo ✠ benedicaris, in cujus honore cremaberis.

Amen.

Et accepto thuribulo incensat Altare, modo in Rubricis praescripto, nihil dicens. Postea incensatur Sacerdos a ministro.

INTROITUS

Tunc dicatur Introitus, Celebranti et populo se signantibus signo crucis:

✠ Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa Unitas, aeterna, immortalis, invisibilis, cui sit honor et gloria in saecula saeculorum.

Amen.

Domine, Deus foster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum.

Amen.

Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa Unitas, aeterna, immortalis, invisibilis, cui sit honor et gloria in saecula saeculorum.

Amen.

Sacerdos, versus adpopulum, dicit:

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos junctis manibus cum populo genuflexo dicit:

Kyrie

**Kyrie eleison.
Kyrie eleison.
Kyrie eleison.**

**Christe eleison.
Christe eleison.
Christe eleison.**

**Kyrie eleison.
Kyrie eleison.
Kyrie eleison.**

Postea in medio Altaris extendens et jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit: 'Gloria in excelsis Deo,' et prosequitur populo. Cum dicitur: 'Adoramus te,' 'Gratias agimus tibi,' et 'Vesu Christe,' et 'Suscipe deprecationem,' inclinant capita; et in fine dicentes: 'Cum sancto Spiritu,' signant se a fronte ad pectus.

Gloria

**Gloria in excelsis Deo.
Et in terra pax hominibus
Bonae voluntatis.
Laudamus te.
Benedicimus te.
Adoramus te.
Glorificamus te.
Gratias agimus tibi
Propter magnam gloriam tuam.
Domine Deus, Rex caelestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili unigenite Jesu Christe.
Domine Deus, Lumen vivificans,
Filius Patris,
Qui tollis peccata mundi,**

Miserere nobis,
Qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis,
Quoniam tu solus sanctus.
Tu solus Dominus.
Tu solus Altissimus, Jesu Christe.
Cum Sancto Spiritu,
in gloria Dei Patris.
Amen

Deinde versus ad Populum dicit.

P. Dominus vobiscum.
C. Et cum spiritu tuo.

P. Oremus.

ORATIO DE SPIRITU SANCTO.

P. Omnipotens Deus, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: Purifica per infusionem Spiritus Sancti cogitationes cordis nostri, ut tu perfecte diligere, et sanctum nomen tuum digne laudare mereamur.
Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

*Postea dicit Orationes, unam aut plures, Ut ordo Officii postulat.
Orationes, Epistolam et Evangelium licet leger lingua vulgari.*

*[EPISTOLA

Populum seditur.

Sacerdos pronuntians:

Lectio Epistolae beati Pauli-Apostoli ad N., legit Epistolam.

Qua finita, minister respondet:

Deo gratias.

GRADUALE

Tunc dicatur Graduale per annum, ut infra; vel proprium Graduale de tempore

Qui sapientiam diligit diligit vitam: et qui vigilaverint ad illam complectentur placorem ejus.

Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum: et exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo.

Justorum autem sernita, quasi lux splendens: Procedit et crescit usque ad perfectam diem.

MUNDA COR MEUM

Deinde Sacerdos, sicut liber in A/tare contra locum addelatur, inclinatus in medio Altaris, junctis manibus dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaix prophetæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Celebrans eum benedicit, dicens.

Dominus sit in ✠ corde tuo et in ✠ labiis tuis: ut per cor tuum eluceat caritas Dei, et per labia mea declaretur potentia sua. Amen.

Si Celebrans sine ministris est, ipse et orationem et benedictorem intonet, in ha 'meus' dicit ubi 'tuns' scripsitur

Sacerdos, accedens ad locum Evangelii, dicit:

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

EVANGELIUM

Et pronuntians: Sequentia sancti Evangelii secundum N. sive Initium, pollice dexterce manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore et pectore.

Minister respondet:

Gloria tibi, Domine.

Postea Evangelium Sacerdoti prosequitur junctis manibus prosequitur, quo finito, respondent ministres:

Laus tibi Christe.]*

SERMONIS

Si sermonis loquitur, Invocatione preceditur:

In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

Amen,

et sequitur ascriptioni gloriæ Trinitati benedicto:

Et nunc Deo Patri, Filio et Spiritui Sancto, tribus Personibus in Deo unitate, ascriptentur, ut digissime est, omnes honor, potestas, majestas, portens, regnum et laus in saecula saeculorum.

Amen.

Deinde ad medium Altaris extendens, elevens et jungens manus, Celebrans dicit: ‘Credo in unum Deum’, et prosequitur populo. Cum dicitur ‘Deum’, capita inclinant: quod similiter faciunt cum dicitur ‘Jesum Christum’, et ‘simul adoratur’. Ad illa autem verba ‘Et incarnatus est’, genuflectent usque dum dicatur ‘et homo factus

est'. In fine cum 'Et vitam venturi saeculi', signant se signo crucis a fronte ad pectus.

CREDO

Credo in unum Deum.

Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum.

Et ex Patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine,

Deum verum de Deo vero.

Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. (Hic genuflectitur)

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: Et homo factus est. (Non genuflectitur)

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, et sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre, filioque procedit.

Qui cum Patre, et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas.

Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mortuorum.

Et vitam  venturi saeculi.

Amen.

Deinde Sacerdos, versus ad populum, dicit:

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

OFFERTORIUM

Populum seditur. Postea dicit Offertorium, ut infra.

A solis ortu usque ad occasum magnificabitur Domini nomen, et ubique nomini ejus reddetur incensum atque oblatio munda. Auditur in hoc loco laetantium et gaudentium vox; vox eorum qui hostiam laudis in domum Domini afferent.

Sacerdos accipit patenam cum Hostia, quam offerens, dicit:

Te Deum adoramus, fontem vitae atque bonitatis; tibi Datori omnium, gratis et sinceris cordibus hoc signum donorum tuorum vivificantium offerimus.

Deinde faciens crucem cum eadem patena, deponit Hostiam super corporale. Sacerdos infundit vinum et aquam, quam ✠ benedicit, in calicem, dicens.

In vino aquam rite commiscemus, to precantes, Domine, ut in Christo semper habitemus, et in nobis Christus.

Postea accipit calicem, et offert illum dicens:

**Offerimus tibi, Domine, calicem cum gaudio et laetitia; ut adoratio nostra in conspectu divine majestatis tua sicut sacrificium cum odore suavitatis ascendat.
Per Christum Dominum nostrum.**

Amen.

Deinde facit signum crucis cum calice, et illum ponit super corporale, et palla cooperit.

Tunc Sacerdos benedicit incensum, dicens:

Ab jib ✠ benedicaris, in cujus honore cremaberis

Amen.

Accepto thuribulo, incensat oblata et Altare, modo I Rubricis prescripto, et postea dicit:

P. Dirigatur, Domine, oratio nostra sicut incensum istud in conspectu tuo: Angeli tui sancti circumstent populum tuum, illisque effundent gratiam benedictioni tuae.

Dum reddit thuribulum, dicit:

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam caritatis aeternae.

Postea incensatur Sacerdos a ministro, deinde alii per ordinem, et in fine populus.

LAVABO

Interim Sacerdos lavat manus, submissa voce dicens:

P. Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam tibi Domine.

**Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula saeculorum.**

Amen.

ORATE FRATRES

Sacerdos versus ad populum, extendens, et jungw manus, dicit:

P. Orate fratres: et meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Ministres seu circumstantes respondent: alioguin ipsemet Sacerdos:

P. Suscipe, Domine, has creaturas panis et vini, qu tibi ☩ offerimus sicut nostrum laudis et gratiarum sacrificium. Hic enim tibi offerimus et exhibemus nosmet ipsos, animas et corpora nostra, oblationem sanctam et perpetuam; ut nos, qui sumus vera membra corpori Filii tui mystico, fidelium omnium beatae societati, incorporata istam ejus jucundissimam vocem audiamus: Venite ad me, vos benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum constitutione mundi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritu Sancti, Deus per omnia saecula saeculorum.

Amen.

CANON MISSAE

Sacerdos versus ad populuin incipit Praefactionem dicens:

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

SURSUM CORDA

P. Sursum corda.

C. Habemus ad Dominum.

P. Gratias agamus Domino Deo nostro.

C. Dignum et justum est.

C. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis suo servitio sanctificet vitam nostram.

P. Vere dignum et justum est, xquum et saltare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. *(Hic sequatur Propria Praefatio de tempore, si quae assignata sit, aliogui statim subjungatur.)*

Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis, Dominationibus, Principatibus, Virtutibus, Potestatibus, cum Cherubim ac Seraphim, cumque omnia militia cxlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes:

SANCTUS ET BENEDICTUS QUI VENIT

Cymbal sacra tonitur in tempore 'Sanctus' cantatur. Tunc dicatur, populo genuflexo:

Sanctus, Sanctus, Sanctus
Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt caeli, et terra gloria tua.
Gloria tibi Domine Altissime
Benedictus qui vent in nomine Domini.
✚ Hosanna in excelsis.

Sacerdos extendens manus incipit Orationem Consecrationis, clara voce dicens:

P. Te ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súplices rogámus, ac pétimus, accépta hábeas, et benedícas, hæc ✚ dona, hæc ✚ múnera,
hæc ✚ sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offéri-
mus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro N. et Antístite nostro N. et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ et apostólicæ fídei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum **N. N.** et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógniést, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi ófferunt hoc sacrificium laudis, se, suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis, et incolumitátis suæ: tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Tenens manus expansas super oblata, dicit:

Hanc igitur oblationem, quaesumus Domine sancte, Pater omnipotens, ut placatus accipias, quam nos servi tui et cuncta familia tua tibi reddimus, mandato oboedientes beatissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi.

Quam oblationem to Deus in omnibus, quaesumus, Sancto tuo, Spiritu et Verbo, ✠ benedictam, ✠ ascriptam, ✠ ratam facere digneris: ut nobis ✠ Corpus pretiosissimum et ✠ Sanguis suus fiat.

Qui pridle quam pateretur, accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cxlum ad to Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, ✠ benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes

HOC EST ENIM CORPUS MEUM

Simili modo postquam coenatum est, accipiens etiar hunc praeclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manu suas: item tibi gratias agens, ✠ benedixit deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes.

HIC EST ENIM SANGUIS MEUS

Hec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Populo etiam nunc genuflexo, tunc dicatur:

Adoro te Devote

**Adóro te devóte, látens Déitas,
Quæ sub his figúris, vere látitas:
Tibi se cor meum totum súbjicit,
Quia, te contémplans, totum déficit.**

**Visus, tactus, gustus, in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur:
Credo quidquid díxit Dei Fílius;
Nil hoc verbo veritátis vérius.**

**In cruce latébat sola Déitas,
At hic látet simul et humánitas:
Ambo támen crédens átque cónfitens,
Peto quod petívit latro pœnitens.**

**Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum támen meum te confíteor.
Fac me tibi sémpet mágis crédere,
In te spem habére, te dilígere.**

**O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam præstans hómíni,
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.**

**Pie pellicáne, Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sángine,
Cujus una stilla salvum fácere,
Totum mundum quit ab ómni scélere.**

**Jesu, quem velátum nunc aspício,
Oro fiat illud, quod tam sítio:
Ut, te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ.**

Amen.

**[Populo stante, deinde dicatur sequentem hymnum:]*

Adeste Fidelis

**Adeste, fideles, Laeti triumphantes
Venite, venite in Bethlehem;
Natum videte, Regem Angelorum;
Venite adoremus, Venite adoremus,
Venite adoremus Dominum.**

**Deum de Deo, Lumen de lumine,
Parturit Virgo Mater:
Deum verum, Genitum, non factum;
Venite adoremus, etc.**

**Cantet nunc lo! Chorus Angelorum;
Cantet nunc aula caelestium
Gloria in excelsis Deo!
Venite adoremus.**

**Ergo qui natus Die hodierna,
Christe, tibi sit gloria;
Patris aeterni Verbum caro factum!
Venite adoremus.
Amen.**

*Populum regenuflexitur.]**

Deinde disjunctis manibus, Sacerdos dicit:

**P. Unde et humiles, Domine Pater caelestis, nos tui servi,
memores ejusdem Filii tui sacrificii ineffabilis, mysterii tam
beatae incarnationis, necnon ab inferis resurrectionis sed
et in caelos gloriosae ascensionis, hic coram divina
majestate tua memoriam celebramus et facimus quam nobis
Filius tuus facere praecepit; et offerimus de tuis sanctis
donis et datis, hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam,
hostiam ✠ immaculatam, Panem ✠ sanctum vitae aeternae,
et Calicem ✠ salutis perpetuae.**

Hace tibi offerimus qua signa sunt amoris nostri et adorationis, atque sacrificii perfecti tibi mentis nostrae et cordis; et supplices te rogamus, jube oblationem nostram perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, ut a summo Sacerdote ibi offeratur aeterno, qui se semper offert quasi aeternum sacrificium.

Et quia instituit ipse ut idem sacrificium a sacerdotio mortalium hic in terra vere offeratur, ut famuli tui sancti in societatem tuam magis compagentur, oramus pro servo tuo in hoc altari ministranti, ut digne celebrans mysteria sanctissimi ✠ Corporis et ✠ Sanguinis Filii tui, potestate tua caelesti, et ✠ benediction repleatur.

Insuper terecamur pro famulis tuis hic praesentibus, ut per hec Bona sanctifices, ✠ vivifices, et eis ✠ benedicas qui et in corde et in vita laudem tuam declarent et nomen sanctum tuum clarificent.

Discooperit Calicem, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra Calicem: signat cum Hostia ter a labio ad labium Calicia, dicens:

Qua omnia petimus, Pater sanctissime, in nomine et per intercessionem beati Filii tui, Mediatoris nostri, nos enim cordibus labiisque confitentes: Omnia per ✠ ipsum facta et esse et in caelo et in terra; cum ✠ ipso intus vivificante omnia existere; et in ✠ ipso glorioso et terrena transcendente omnia vivere et rite moveri.

Bis signat inter Calicem, et pectus.

Cui cum te, Deo Patre ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti, sit omnis honor, et gloria. Per saecula saeculorum. Amen.

Sacerdos tenet Hostiam penditer super Calicem et surgit eos ad altitudinem oorum ejus. Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit et surgit.

SACRA COMMUNIO

P. Oremus:

Praeceptis sacrae Scripturaxmoniti, et secundum Ecclesiae sanctae traditionem, dicimus:

Omnes nunc cantant aut dicenti:

Pater Noster

**Pater noster, qui es in caeli:
Sanctificetur nomen tuum:
Adveniat regnum tuum:
Fiat voluntas tua,
Sicut in caelo, et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:
Et dimitte nobis debita nostra,
Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.**

**[Quia tui est regnum,
et potestas, et gloria,
in saecula saeculorum,]
Amen.**

COMMEMORATO SANCTI

P. Hic tibi laudem summam offerimus gratisque sinceras propter admirabilem gratiam et virtutem in gloriosa et beatissima Virgine Maria, Matre Filii tui Jesu Christi Domini Dei nostri, declaratam; et in omnibus Sanctis tuis ab initio mundi, qui vasa electa fuerunt gratix tux et lucerna ardens et lucens in mille generationes hominum.

Signat se cum Patena a fronte ad pectus:

Cumque ✠ illis te adoramus ante thronum magnum candidum tuum, unde procedunt caritas, et lux, et benedictio in universum mundum a te creatum.

Fili Dei, qui hodie mille in altaribus te ostendis, tamen unus et indivisibilis es, hoc tuum Corpus frangimus in exemplum sacrificii tanti tui,

Partem quae in dextera est, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quae in sinistra remansit, frangit particulam, Al iam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super Patenam, et dextera tenens particulam super Calice, sinistra Calicem, prosequitur.

Rogantes ut hac olim praescrita caerimonia, quam ✠ fortitudinem, ✠ pacem, ✠ beatitudinem tu nobis in hoc sanctum Sacramentum das, eadem in mundum tuum dissipentur; et sicut te, Domine Christe, discipuli tui cognoverunt in fractione panis, ita pueri tui ubique cognoscant, una in te esse, ut tu unus in Patre.

Amen.

Cooperit Calicem, Deinde junctis manibus dicit sequentes orationes:

P. Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias infirmitatem nostram, sed fidem Ecclesiae tuae: eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: qui vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Sacerdos dans pacem dicit:

P. Pax Domini sit semper vobiscum.

C. Et cum Spiritu tuo.

**P. Tu qui in hac dulcedine Sacramenti vividum memoriale et pignus in tui erga homines amoris nobis reliquisti, et in eo pro benignitate tua nos tecum inscrutabili quodam ac abscondito modo, communicare trahis, concede nobis ut mysteria sancta Corporis et Sanguinis tui ita capiamus, ut animae nostrae in immensum amorem tuum exaltentur et ut, altioribus pleni, semper tui cordibus inhwrentis recordamur, et odorem suavem sanctorum effundamus,
Amen.**

Tum Sacerdos Sacram Communionem sub utraque specie ipse sumat, deinde Sanctissimum Sacramentum Corporis Christi aliis Ministris, sigui adsint, tradat.

**Tibi, Perfecte, qui omnem creaturam regis atque amas, vitam et spes nostras commendamus. Tu enim Panis es celestis, et totum mundum vivificas. Omnia tu loca visitas atque omnia sustines, tu sempiterni boni Thesaurus, tu misericordiae infinite Fons inexhaustus.
Amen.**

Postea Sacerdos communicandos benedicat cum Hostia, et dicit:

✠ Ecce Panis Dei, ecce qui de deo descendit, et dat vitam mundo.

Sanctissimum Sacramentum communicandis tradat, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem vel patenam, unicuique dicit:

✠ Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat te in vitam aeternam.

Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad Altare porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo Parum vini, quo se purificat. Abluit digitos, extergit, et sumit ablutionem: extergit os, et Calicem, quem operit, et plicato Corporali, collocat in Altare ut prius. Deinde junctis manibus in medio Altaris dicit:

Nunc per terrena caligantes communicamus cum Domino Jesu Christo: Mox autem facie ad faciem intuebimur ipsum; ipsius in

gloria exsultantes ipsi assimilabimur. Tune ipse veros discipulos suos ducet ovantes ante Patrem gloriosum suum.

COMMUNIO

Postea Celebrans, stans junctis manibus in loco Epristolce, legit Anam quae dicitur Communio, populo post eum verba recitante, ut infra:

Amen. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro, in saecula saeculorum.

Amen.

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo

P. Oremus.

POSTCOMMUNIO

P. Nos, donis caelestibus tuis recreati, te Domine, quosumus, gratis tua ita cordibus imis inseratur, Ut eadem in vitis nostris continuo manifestetur. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

P. Ite, missa est.

C. Deo gratias.

BENEDICTIO

P. Pax Dei, qua exsuperat omnem sensum, custodiat corda, vestra et intelligentias vestras in scientia et amore Dei, et Filii ejus Jesu Christi Domini nostri: Et benediction Dei omnipotentis, Patris, ✠ et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos, et maneat semper vobiscum.

Amen

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM

Licet tamen Sacerdoti legere Evangelium secundum Joannem. Deinde in loco Evangelii, dicit:

P. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

Pollice dextero signans singo crucis librum in principio Evangelii, deinde frontem, os, et pectus, dicit:

P. † Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

C. Gloria tibi Domine.

Tum junctis manibus legit Evangelium:

In principio erat Verbum,

Et Verbum erat apud Deum,

Et Deus erat Verbum.

Hoc erat in principio apud Deum.

Omnia per ipsum facta sunt:

Et sine ipso factum est nihil, quod factum est:

In ipso vita erat, et vita erat lux hóminum:

Et lux in ténebris lucet,

Et ténebræ eam non comprehendérunt.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joáannes.

Hic venit in testimónium,

ut testimónium perhibéret de lúmine,

ut omnes créderent per illum.

Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine.

Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem inhunc mundum.

**In mundo erat, et mundus per ipsum factus est,
et mundus eum non cognóvit.**

In própria venit, et sui eum non recepérunt.

Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus:

qui non ex sanguínibus, neque ex carnis,

neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

ET VERBUM CARO FACTUM EST. (*Hic genuflectitur.*)

et habitavit in nobis:
et vidimus gloriam ejus,
gloriam quasi Unigeniti a Patre,
plenum gratiae et veritatis.

Et minister responder:

Deo gratias.

Finito Evangelio sancti Joannis, vel benedictionem si Evangelium non lectum est, gratiarum actionem pro sacrosancto et augustissimo mysterio imo corde faciat.

GRADUALIA ET PRAEFATIONES PROPRIAE DE TEMPORE

IN DIE NATIVITATIS DOMINI

Graduale

Et octem diebus sequentibus

Parvulus enim natus est nobis: et Filius datus est nobis. Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis: Pater futuri saeculi, Princeps pacis.

Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis: Ut confirmet regnum ejus in justitia, a modo et usque in sempiternum.

Gloria in excelsis Deo: et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Praefatio

Et octem diebus sequentibus

Quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostrae oculis lux tua claritatis infulsit: Ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo...

IN DIE PASCHAE

Graduale

El ussue ad Diem Ascensionis Domini.

Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur. Non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae: sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Christus resurgens ex mortuis jam non mortur: mors illi ultra non dominabitur.

Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato:

Viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro. Christus resurrexit a mortuis: primiliae dormientium.

Quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum.

Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes vivificabuntur.

Praefatio

In Die Pascha, et octem diebus sequentibus.

Maxime autem justum est te laudare propter gloriosam resurrectionem Filii Jesu Christi Domini nostri, qui mysterio moriendi et resurgendi vitam sempiternam futuram nobis largitus est. Et ideo...

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI

El decem diebus sequentibus

Graduale

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, port aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, port aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.
Gloria Patri, et Filio: et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula
saeculorum.
Amen.

Praefatio

El decem diebus sequentibus
Per dilectissimum Filium Jesum Christum Dominum nostrum: qui
post gloriosissimam resurrectionem suam ascendit super omnes
caelos; ut ubi ipse est, eo et nos ascenderemus, et divinitatis sue
facti participes cum ipso in gloria regnaremus. Et ideo...

IN DIE PENTECOSTES

*Et septem diebus sequentibus
Atque in Missis votivis de Spiritu Sancto*

Graduale

Spiritus Dei ferebatur super aquas: dixitque Deus: Fiat lux. Et
facta est lux.
Nescitis quia templum Dei estis: et Spiritus vobis Dei habitat in
vobis?
Spiritus vero vivit propter justificationem: quicumque enim
Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.
Dominus autem Spiritus est: ubi autem Spiritus Domini, ibi
libertas.

Praefatio

Per Jesum Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super
omnes caelos, secundum ejus veracem promissionem Spiritum
Sanctum effudit; qui hoc tempore, facto repente sono tanquam
advenientis spiritus vehementis, de caelo in similitudine
linguarum tanquam ignis, in Apostolos descendit, ut eos doceret,
et in omnes veritatem duceret. Et ideo...

IN FESTO SS. TRINITATIS

Graduale

Graduale pro Dominica de Trinitate tantum.

Spiritus est qui testificatur: quoniam Christus est veritas.
Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo: Pater, Verbum,
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, et aqua, et
sanguis: et hi tres unum sunt.
Gloria Patri, et Filio: et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula
saeculorum.
Amen.

Praefatio

Praefatio in festo Trinitatis ad solam.

Qui unus es Deus, unus es Dominus; non in unius singularitate
Personae, sed in unius Trinitate Substantiae. Dominus enim Pater,
Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus; et tamen non tres
Domini, sed unus est Dominus. et ideo...

IN FESTIS ET MISSIS VOTIVIS BEATIE MARIE VIRGINIS

Graduale

*Domine, ad festum Assumptionis Beatae Mariae
septem dies etiam beate Mariae pro-Annuntiatio Mariae
et Nativitatis*

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in
mulieribus.
Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum
verbum tuum.
Magnificat anima mea Dominum: et exsultavit spiritus meus in
Deo salutari meo.
Quia respexit: humilitatem ancillae suae.
Ecce enim ex hoc beatam: me dicent omnes generationes. Quia
fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.

Praefatio

Praefatio in diebus de quibus praefati.

Hodie autem to maxime laudamus propter exemplum atque auxilium Sancta Dominae Marie, Maris Stella et Jesu Genetricis, Regina Angelorum, nobis humilitatis et puritatis formam prwbentis. Et ideo...

**IN DEDICATIONE SANCTI MICHIELIS ARCHANGELI
ET IN MISSIS VOTIVIS DE ANGELIS**

Graduale

*Gradual in die festo Sancti Michaeli et Omnium Angelorum
septem diebus; et tertia dominica post Trinitatis.*

Benedicite Angeli Domini Domino: laudat et superexaltate cum in saecula.

Tibi omnes Angeli: tibi Cali et universe Potestates.

Tibi Cherubim et Seraphim: incessabili voce proclamant: Sanctus, Sanctus. Sanctus: Dominus Deus Sabaoth. Benedicite Domino, omnes Angeli ejus, potentes virtute:

facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino, omnes Virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Praefatio

In diebus Praefatio ad supradicta.

Tu enim, qui Rex Angelorum et omnium celestium Virtutum Dominus, nobis in auxilium hos ministros luce tua cor-uscentes dedisti. Et ideo...